

pum capitulo IIII ita decernit dicens: Neque⁷⁰ viduas ad nuptias transire patimur, quae in religioso^d proposito^d diuturna observatione permanserint, demonstrans, qualiter intellegi debeat, quod Gelasius capitulo XXI in decretis de viduis dixerat⁷¹. Et quidam minus prudenter advertere soleant neque enim sedes apostolica sibi ipsi potest esse contraria, sicut idem Symmacus^e ad Eonium scribit episcopum dicens inter alia: Quanta⁷² enim vicarii beatissimi Petri apostoli iudicabitur esse reverentia, si, quae in sacerdotio praecipiunt eisdem^f transeuntibus dissolvantur, quia^g ad ipsam^g sacrosanctam religionem credimus pertinere? Cuius omnis potestas infringitur, nisi universa perpetua sint, quae semel a domini sacerdotibus statuuntur, quod ita contingere poterit, si successor decessoris actibus non tribuerit firmitatem et roboranda^h, quae gesta sunt, faciat rata esse, quae gesserit.

In concilio Toletano sub Sisenando rege capitulo LVI ita scriptum habetur: Duo⁷³ sunt genera viduarum: Saeculares et sanctemoniales. Saeculares viduae sunt, quae adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt. Sanctaemoniales sunt, quae^k iam mutato habitu saeculari sub religioso cultu in conspectu sacerdotis vel ecclesiae apparuerunt. Hae, si ad nuptias transierint, iuxta apostolum non sine damnatione erunt, quia se primum^l deo voventes postea castitatis propositum abiecerunt. Item in alio concilio^m Toletano sub Chintilano rege capitulo VIⁿ: Proclivis⁷⁴ cursus est ad voluptatem

d) -oso pro- auf Rasur A. e) Symmacus A₁. f) so Symmachus und A₁, et isdem A. g-g) auf Rasur A₁. h) roborando A₁. i) am Rand Nota-Zeichen A. k) quę verb. aus qui A₁. l) pri- auf Rasur A. m) con- auf Rasur A. n) LVI A₁ (vgl. oben Z. 13); am Rand Nota-Zeichen A₁.

⁷⁰) Papst Symmachus an Caesarius von Arles (JK 764, Thiel, wie Anm. 20, S. 725 f.), u.a. überliefert in der Collectio Hispana (Migne PL 84 Sp. 812 B) und Arelatensis (MGH Epp. 3 S. 39,3–5); der ganze Brief ist in dieser, den Editionen entsprechenden Fassung im Paris. 12445 überliefert, vgl. oben S. 24 zu fol. 167^{r-v}.

⁷¹) Vgl. Papst Gelasius I. an die Bischöfe Lukaniens, Bruttians und Siziliens in der Zählung der Collectio Dionysio-Hadriana (JK 636, Thiel, wie Anm. 20, S. 374). Diese Bestimmung findet sich auch in der eherechtlichen Zitatreihe des Paris. Lat. 12445, vgl. oben S. 30 Nr. 29.

⁷²) Papst Symmachus an Aeonius von Arles (JK 754, Thiel, wie Anm. 20, S. 655 f.), überliefert in der Collectio Arelatensis (MGH Epp. 3 S. 35, 10–12) und im Berol. Phill. 1741 fol. 33^v, wo der ganze Brief von zeitgenössischer Hand in einer freien Spalte nachgetragen wurde. Hinkmar zitiert daraus 866 (MGH Epp. 8, 1 S. 176,32–35, Schrörs, wie Anm. 23, Reg. 193) und 872 (Migne PL 126 Sp. 220 B, Schrörs Reg. 329).

⁷³) Toledo IV (a. 633) c. 56 (Vives, wie Anm. 21, S. 210), u.a. überliefert in der Collectio Hispana (Migne PL 84 Sp. 379 C/D) und Sancti Amandi; den Drucken und dem Berol. Hamilton 132 (vgl. oben Anm. 36) entsprechende Version.

⁷⁴) Toledo VI (a. 638) c. 6 (Vives, wie Anm. 21, S. 238), u.a. überliefert in der Collectio Hispana (Migne PL 84 Sp. 397 B/C) und Sancti Amandi; dieser Wortlaut weicht